



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Reliquiæ crinium, lactis, ac vestium Deiparæ ubi nam locorum
asserventur, num. 48 & seqq.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

consumptis carnibus, solutaque ossium compage, integri prorsus, incorruptaque longo intervallo deprehensi sunt, quemadmodum videre est in ejus vita apud Surnum tom. 5.

Surnus. In benedictione imaginum B. Virg. peccatorum à Pontifice Romano inter reliquias sacrarum rerum benedictiones, quæ à Pontifice solemniter peccatorum ponuntur illæ, quibus Deiparæ, sanctorumque imagines dedicantur. Cumque Pontificale Roman.

Ad extremum illud quoque in hujusmodi Deiparæ imaginibus observatio dignum videtur, & ad singularem earum commendationem, atque reverentiam facit, quod in Pontificali Romano inter reliquias sacrarum rerum benedictiones, quæ à Pontifice solemniter peccatorum ponuntur illæ, quibus Deiparæ, sanctorumque imagines dedicantur. Cumque Pontificale Roman.

RELIQUIÆ CRINIUM, LACTIS, ac vestium Deiparæ, ubi nam locorum asseruntur.

Reliquia Deiparæ.

Reliquiæ sanctissimæ Virginis diversis in locis, & Urbibus in Ecclesia honorificentissime, ac religiosissime conservantur, iisque compures, & augustissimæ illæ quidem sunt extructæ Basilicæ. Quamquam enim Deiparæ, & anima, & corpore in cælum assumptæ ad filij dexteram beatissimo ævo pervenit: pretiosissimus tamen Reliquiarum ejus thesaurus, sacratissimi nempe Lactis, Capillorum, Vestium, aliarumque rerum; quibus dum in terris ageret, utebatur, ad nosstrum solatium, ac præsidium divino consilio relictus, & fidelium pietate servatus, quasi per manus ad posteros transmissus. Quemadmodum eadem quoque Dei providentia factum est, ut tum Christi Domini Fasciæ, Vestes, & id genus alia magno studio, & præcipuo cultu in ecclesia asservarentur, tum præsertim sacratissimum ejusdem Christi præputium à sanctissima Virgine ab initio reverenter quidem servatum, temporis vero processu, teste Innocentio III. lib. 4. de mysterijs Missæ, per Angelum Ierosolyma Carolo Magno delatum, & ab eodem Aquigrani reponeretur, quod deinde Caroli Calvi tempore Romam translatum, & in Ecclesia Late-

Christi præputium servatum. Innoc. pon.

ranensi reconditum est. Verum in direptione Urbis, quæ in annum 1527. incidit, ex Sacello Lateranensi, quod dicitur, Sancta sanctorum, à quodam milite furto est sublatum, & in oppido Calcata, quod 20. circiter miliaribus Roma distat: tandem repositum ad hanc usque diem perseverat. Cujus historiam fuse describit Card. Toletus in Lucæ c. 2. annor. 31. Quomodo autem Christi præputium in terris haberi possit, ad Theologorum rutinam examinat Suarez tom. 2. in 7. part. disp. 15. sect. 1. & plenius disp. 47. sect. 1.

Cardin. Tolosus. Suarez.

Verum ut Christianorum studium in ejusmodi Deiparæ reliquijs piè conquirendis & reverenter collocandis magis intelligatur, exemplum eorum, quæ in aliorum sanctorum reliquijs colendis gesta sunt, proferamus. Sciendum est igitur in colligendis, & honorifice collocandis Sanctorum reliquijs, non iis solum, quæ ad eorum ossa, vel cineres, verum etiam in iis, quæ ad eorundem vestes, aliaque ipsorum contactu sanctificata pertinent, magnam semper tenuisse fidelium pietatem, Deumque per eas innumerabilia effecisse miracula, ut videre licet 4. Reg. 2. in pallio Eliæ, quod ei in curru igneo in cælum ascendenti ceciderat, illudque Elisæus, tamen si, super eum requievisset spiritus Eliæ levavit, in quo & Jordanis aquas, ut per eas sicco vestigio transiret, divisit. idem quoque videre est Act. 19. in sudarijs à corpore Apostoli Pauli delatis, ejusque semicinctijs, quæ languores ab ægrotis pellebant, & spiritus nequam abigebant. Quapropter S. Joannes Chrysostomus sermone de Apostolis Petro, & Paulo apud Surnum ex Metaphrasste tomo 3. exclamat ab his ipsis Apostolis multos carceres sanctificatos, multas catenas decoratas, optabatque gladium, quo percussus est S. Paulus, sibi fieri pro corona; clavos, quibus cruce suffixus est S. Petrus, pro gemmis in diademate infixis; quin etiam vinculis S. Petri, quibus pro Christo Ierosolymis, & Romæ victus est. tantus honor est habitus, ut propterea Romæ in Esquilijis hoc nomine S. Petri ad Vincula Ecclesia dedicata sit, ejusque memoriæ dies institutus Kalen. Augusti, quæ tacta ægros sanabant, daemones pellebant, ut est in Breviario Romano.

Christiana- norum pietas in sanctorum reliquijs asserit. vanitas.

4. Reg. 2.

Act. 19. S. Apostolorum Petri, ac Pauli reliquia miraculis præclara. Chrysost. Surnus.

Breviariis Roman. Essebius. S. Iacobi Apostoli cathedra.

Ad hæc, teste Eusebio lib. 7. hist. cap. 24. S. Jacobi Apostoli Cathedra ad Constantinam usque tempora inter tot Ierosolymitana Urbis direptiones,

plures, totque incendia, Tito primum, deinde Adriano Imperatoribus, illaesa profusa, & integra servata est, & ejuscemodi alia sexcenta de Sanctorum reliquijs apud probatos auctores inveniuntur.

Cap. 6.

*Pulcheria Augusta in asseru-
dis Deipara reliquijs
celeberrima Nicop.*

Quare si hæc in Sanctorum reliquijs conservandis, & colendis peracta sunt, mirum esse non debet complurium virorum pietate præstantium in reliquijs Deiparæ, quam longo intervallo reliquos Sanctos efficacitate, ac multitudine superat. colligendis, & omni honore prosequendis singularem pietatem, ac studium eluxisse: inter quos immortalis memoria digna videtur Pulcheria Augusta, quæ ejuscemodi Deiparæ reliquias diligentissimè undique conquiritas in tribus nobilissimis te extructis templis reposuit, quemadmodum ex Nicephoro lib. 14. cap. 2. & lib. 15. cap. 14. infra dicemus. Et sanè hatum Deiparæ reliquiarum frustula pretiosissimi muneris loco data, & delata, quin etiam divinitus ab incendio servata perhibentur, quarum beneficio plurima sunt edita miracula, ideoque ad Dei Genitricis honorem, ad nostram utilitatem, ac spirituales divitias divina providentia eas servari par erat.

49 Hinc est, quod S. Benedictus Abbas S. Mauro dilectissimo discipulo in Gallias discedenti paterni amoris pignus, ac monumentum lignum S. Crucis, & reliquias S. Dei Genitricis, una cum alijs reliquijs in capsula eburnea misisse scribitur in vita ejusdem S. Mauri à Fausto ejus condiscipulo apud Surium tom. 1. &

Surius. Greg. Turonensis.

Gregorius Turonensis lib. 2. de gloria Martyrum cap. 19. eorundem reliquiarum insignem miraculum his ferè verbis describit: Quidam Joannes natione Gallus à lepra in Iordane mundatus, reliquias beatissimæ Mariæ ab Ierosolymis accipiens, revertebatur in patriam, cumque in Italia in latrones incidisset: Capsa, inquit, in qua ille beata gestabat pignora ab ijdem latronibus effringitur, nihilque in ea pecuniæ reperitur, ideo latrones extorta pignora in ignem projiciunt, cæsoque homine discesserunt. Tunc ille semivivus exurgens, ut vel cineres exustorum colligeret pignorum, invenit super carbonem accensos illæcias jacere reliquias, ipsumque in teolum, quo involute erant, ita admiratur integram, ut non putaretur prunis injectam, sed aquis absconditum, collegitque cuncta cum gaudio, & viam,

*Reliquias B. Virg. de
ferens quid in colu-
men ab il-
lata cade
servatur.
reliquias
ab igne il-
las per-
manenti.*

quam pergebat ingressus, ad Gallias pervenit incolumis, sic ille. Idem Gregorius Turonensis libro citat, c. 10. aliud eorundem Deiparæ reliquiarum miraculum narrat. quod ipsemet expertus est. B. Virginis, inquit, reliquias cum sanctorum Apostolorum, vel B. Martini, quadam vice super me in cruce aurea positas exhibebam, cum que per viam gradetemur, conspicio haud procul à via hospitium cuiusdam pauperis incendio concremari. (Erat autem solis, quæ ignibus maxima præstant tormenta, contextum.) Curtebat miser cum liberis, & uxore aquam deportans, sed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam à pectore crucem lævo contra ignem; mox in aspectu sanctorum reliquiarum ita cunctus ignis obstupuit, ac si non fuisset accessus hæc Gregorius. Hinc Patres etiam in miris laudibus ejuscemodi Deiparæ reliquias celebrant. nominatim verò Germanus Patriarcha Constantinopolitanus de sacrosancta Deiparæ Zona, quæ Constantinopoli in basilica à Pulcheria in chalcopratejo extructa asservabatur, insignem orationem habuit, quam ex Metaphraste refert Surius tom. 4. ad diem 31. Augusti ejus verba libet hic aliquanto fufius afferre, quod eas animi conceptiones, ac meditationes de sacra illa Zona proponat, præconia, ac fructus afferat ejuscemodi, quæ alijs Deiparæ reliquijs analogia quadam accommodari facile possint; sic itaque Germanus: Zona hoc corpus illud constringebat, in cuius utero Deum colabatur. Zona, quæ Dei Arcam, id est, Deiparam pulchre, & honestè exornabat, quæ sapè ex virgine lactis guttu humectabatur, quæ cum illi Deipara corpus veluti unguentum divinum involuerit, odorem ex eo curationum in æternum servat & mox. O Zona, quæ ipsi, qui ad te confugiunt das lumborum mortificationem, ad vitam, animi autem fortitudinem ad virtutum operationem; O Zona, quæ nostram naturam imbecillam astringis, & roboras, & inimicos nostros v. s. i. v. l. & invisibiles impedis; O Zona veneranda, quæ tuam civitatem circumdas, & concinas; & conservas à barbarica illæsum excursionem; O Zona pretiosa, quæ Deum Verbum dum esset in utero involuisti, & curationem benedictionem affertim illic hausisti. O Zona, quæ à corruptione aliena Dei matris corpori appropinquasti, & illinc inausisti incorruptionem. O veneranda Zona accinge lumbos nostros virtute justitiæ, & mansuetudine fac nos heredes æternæ, ac beatæ vitæ; & hanc nostram

*Zona Di-
para con-
munda-
re Germa-
no Patriar-
cha Con-
stantina-
politano
Metrastri
fuit Surius*

*Trad-
scribitur*

vitam interitui obnoxiam conserua, ne eam la-
dant inimici. Habeamus te vires, & auxilium,
murum, & propugnaculum, portum, & salutare
refugium. Quamobrem, o Deipara ad templum
tuum studiosè accurrimus, in quo cum Vamus, in
caelo ipso nos stare credimus, in quo te celebrantes
in Angelorum choro versari nos existimamus. Eo-
quis ex fidelibus venerandam tuam zonam instu-
ens non statim animi iucunditate repletur? ha-
ctenus Germanus.

Altera e-
iusdem zo-
ne ex Epi-
phanio Zi-
gabeno co-
mudatio.
His, quæ de sacra Deiparæ zona prædicat
Germanus, consonat Euthymius Zigabenus
in alia oratione, quam eiusdem zonæ lau-
dem die 31. Augusti in anniuersario festi de-
positionis Zonæ habuit, quamque Surius ex
Metaphraste loco citato refert, vbi post multa
in sacre zonæ commendationem prolata, te-
statur in eo Deiparæ templo vbi hæc zona
cum Christi fascijs asseruabatur, paralyticos
erigi, cæcos illuminari, horrore, & febre labo-
rantes curari, adiecitque ad suam usque æta-
tem, (is autem vixit à reparata salute annum
circiter centesimum supra millesimum) eam
zonam seruari illæsam. Eius verba hæc sunt:
Scriptum inuenimus in admiranda Arca, in qua
est pressa hæc zona recondita, eam à tempore
Arcadij filij Theodisij magni hic fuisse repositam
31. huius mensis Augusti, saluaq; illa, & impol-
luta, ut videtis, permansit usq; ad hodiernum
diem, nullo modo fœdata, aut offuscata, aut eius
colore vilo modo vnquam mutata: sed resplendens
suprà nixem, & tanquam modo ex cocerno labo-
rata sic est proposita virtute sanæ, & viuificæ, &
adorandi spiritus, hæc Euthymius.

Sed iam aliquæ ex Deiparæ reliquijs, qui
nobis magis sunt competæ, indicatis etiam
non quidem omnibus, sed nonnullis locis, in
quibus custodiuntur commemorandæ erunt,
atque ad eam veritatem confirmandam, re-
stitutionum ducemus ex antiquissima, & quasi
per manus à maioribus accepta traditione,
quæ in singulis, in quibus eiusmodi reliquæ
asseruantur, habetur templis: Traditioni verò
astipulantur eorundem templorum tabulæ,
quanquam & nos Auctores, qui earum reliqui-
arum meminerunt, interdum quoque citabi-
mus.

Ac primum quidem agemus de sacratissi-
mis Deiparæ capillis, ac lacte, tum de eius ves-
tibus, & corporis indumentis, deinde de do-
mo ytenilibus, & de alijs eiusmodi rebus quas
suo beata mater est dignata contactu, siue dum

in terris ageret, siue post suam in coelum As-
sumptionem. Postremo Christi Domini indu-
menta, & alia eius generis, qua ratione ad Dei-
param pertinent, commemorabimus.

CAPILLI DEIPARÆ.

EX sacratissimis Deiparæ Capillis, (quos ex
Epiphano Præsbytero Constantinopoli-
tano, Nicephorus lib. 2. histor. cap. 23. flauos
fuisse affirmat) pars aliqua multis reperitur in
locis, Romæ præsertim, tum in S. Maria Ma-
iore, tum in S. Ioanne Lateranensi, tum etiam
in subterraneo S. Helenæ sacello, quod est in
templo S. Crucis in Ierusalem, Auctore Onu-
phrio libro de septem Ecclesijs, cum eorum
templorum reliquijs recenset. Exijsdem por-
rò Capillis aliquid habet Ouetum Hispaniæ,
Auctore Marinao Siculo libr. 1. de rebus Hi-
spani aliquid Aquisgranum Germaniæ Vibs;
aliquid tandem amplissimum quondam B.
Virginis in Croylandia Insula Monasterium,
vt eius monasterij Abbas Ingulphus testatur
in sua historia, in qua affirmat, Imperatorem
Henricum contulisse ei monasterio de crini-
bus S. Dei genitricis Mariæ, quos Hugo
Rex Franciæ ei inclusos in aurea pixide dede-
rat.

51
Capilli B.
Virginis.
Nicephor.

Marinaus
Siculus.

Abbas
Ingulphus

LAC DEIPARÆ.

IAM ex virgineo Deiparæ Lacte, quod ex
Lac.
bere de caelo pleno sugebat. Christus æterni
Patris Verbum, aliquid diuersis pariter in locis
asseruatur, nominatim verò Alsyij in cœno-
bio sancti Damiani ordinis sanctæ Claræ: To-
leti, & Oueti in Hispania, Auctore Marinao
Siculo loco citato, Parisijs in summo templo, &
in sacello regio, teste Petro Bonfinio lib. 2. fa-
storum Parisiensium.

Petrus
Bonfinius
de fastis
Parisien-
sibus.

VESTES DEIPARÆ.

SED dicamus iam de vestibus, & corporeis,
Deiparæ siue indumentis, siue ornamentis, Vestes
quod erat alterum ex ijs, quæ propolimus
Eius Vestis pars aliqua habetur Romæ, tum
in S. Maria Maiore, tum in S. Ioanne Latera-
nensi, tum etiam in S. Laurentio extra muros,
teste Onuphrio loco citato. Forolij in Emi-
lia in Collegio Societatis in simulacro Dei-
paræ ex Germania allato bona pars vestis
Ecc Deiparæ

52
Vestes
Deiparæ.
Onuphrius

Bonfinius
Deiparæ afferatur. In Hispania quoque Oecum ex Maritimo in Gallia templum Lutetiae Cathedralis ex Bonfinio earundem vestium thesauro dicuntur, atque illustrantur.

Verum celeberrima facta est Deiparæ Vestis, integra illa quidem, quam Leone I. Imperatore Constantinopolim delatam, & in nobilissimo templo in Blachernis collocatam scribunt Metaphrastes in oratione de vita, & obitu Deiparæ apud Suriam die 75 Augusti, & post Metaphrastem Nicephorus ibi 2 histor.

Surius.

Metaphrastes

Nicephorus.

Ex hoc

dece

deos Dei-

para dua-

bus virgi-

niibus suas

darivestis

subet.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Metaphrastes.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

praeslata.

Altera ex

his vestib.

miraculis

depravato, seu fabricorum foro, sacri tumuli nomen habens, in hoc veluti thesauram Dei generitricis deponitur zonam. Hoc in templo ut quarto quoque hebdomada die pervigilium, & supplicatio ad lucernas & lampadas fieret, constituit, quam ea implerent frequenter solita erat. ita Nicephorus. Ex his ve- plures fuisse Deiparæ zonas, vel zecetionam in plures dissectam partes, quæ diversis in locis pie recondantur, fateamur necesse est.

INDVSIA DEIPARAE.

Indusa. **I**nterulæ Dei Genitricis, siue subuculæ duæ extant, altera Aquiligrani à Carolo Magno ibi teposita anno Domini circiter 810. Auctore Philippo Bergomate libro 10. supplementi Chron. his verbis: *Carolus Constantinopoli in Galliam rediens, corona Domini nostri Iesu Christi partem, partemq; Dominica Crucis, & clavum unum, sudariumq; nec non & beatissima Virginis Maria Camisiam secum detulit, ad Basilicam Aquiligrani transmisit.* hactenus ille. Qui postò Aquiligrani degunt, ij ex traditione acceperunt eam ipsam esse, qua Virgo mater pariens erat amicta. Coloris est candidi, longitudine ulnis duabus cum quadrante, latitudine onius ulnæ cum quadrantibus duobus, & semis.

Beluacen. Altera verò Carnuti in Vrbe Gallix, ex Carolo Calui munere conseruatur, quæ eam Vr- bem memorabili, ac testatissimo miraculo, cu- jus complures auctores meminerunt, à Bar- barorum furore defendit, annum Domini cir- citer 878. tem gestam verbis Vincentij Belua- censis lib. 24. Speculi histor. cap. 46. ad cal- cem referemus: *Rollo multos magnis spibus so- licitatos secum adduxit, piræ eam aggressus, Car- nuti ahabuit. Cuius cines nec armis, nec muris conijit, B. Maria Supparum, id est Camisiam ado- rant, quam Carolus Calvus à Constantinopoli eum alijs reliquis aduch: fuerat. Hanc Cami- siam in motum vexit, ille super prop. gnacula custo- dum trisa pectoribus, ventis exponunt. Hostes vi- sam ceperunt videre, & in eam sagittas dirigere. Quorum oculis mox obtenebratis, nec antecedere, nec retrosendere valebant. Quod videntes oppi- dani, multa eorum se eade satiarunt. Eiusi: ta- men Rollo, quem sua fides Deus reseruat, hæc Vincentius. Is à Malmeibonenti, qui cir- ca annum Domini 1110. floruit libro 2. de gestis Anglorum, ad verbum ea est mutua-*

tus, & ex Vincentio S. Antoninus 2. par. tit 16. cap. 2. §. 5.

VELVM, VITTA, CHIROTHERCA, Soccus, Annuli, Mantica, & Fascia sepulchrales Deiparæ.

Velum Deiparæ. Nicephorus libro 2. ca. 23. (cùm ageret de colore vestium eju- dem) sua ætate monstrari solitum, testatur his verbis: *Vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris nati- ui contenta fuit, id quod etiam nunc sanctum ca- pitis eius Velamen ostendit.* sic ille. Ex exigi- tur velo complura loca habere se aliquid pro- ficerentur, Roma in primis in subterraneo san- ctæ Helenæ sacello apud S. Crucem in Ierusa- lem eius veli partem custodit, auctore Onu- phrio loco citato; Assisium in Vmbria in S. Francisci templo; Treveris in Germania ex do- no S. Helenæ; Atrebatum deniq; ut est in diplomate Callisti Papæ III. dato anno salu- tis 1455. mense Iunio, ubi Indulgentias quas- dam ad certum tempus Ecclesie Atrebaten- si concedit, affirmatq; ibi asseruari vas: *In quo (ut ejus verbis utar) Velum est, quo caput suum texit intemerata virginitas, & can- gulum, quo uerus uirginialis templum De- sacra- rium Spiritus sancti, circumamictus erat.* hæc ibi.

De Vitta beatissimæ Virginis pars quædam apud Brugeses fuit, ex munere cujuidam E- piscopi in Syria nomine Moyfis, qui cùm esset Constantinopoli, Lamberto beatæ Vir- ginis Brugenfis Præposito dono eam dedit anno 1232. idque ipsemet Episcopus suis lites testatur.

Chirotheca Deiparæ cum ejusdem capi lis è transmarinis partibus Audomarpolim in beati Bertini Monasterium opera Simonis Abbatis S. Bertini delata est, ut videre licet in Chronico Bertinenfi manu scripto.

Soccus Deiparæ ante quingentos cir- citer annos Sueffione Galliarum Urbe re- conditur, teste Hugone Fasfio Canoni- co Laudunensi, qui anno 1123 vixit, & librum edidit miraculorum B. Virginis Sueffionen- sis, quorum aliqua nos ex Vincentio Belua- censi breuiter perstrinximus in tract. de mirac. Deiparæ.

ANNULI Deiparæ tribus in locis pie asser- vantur, unus Perusij in summo templo, ubi

Onuphr.

Callistus

3. Pont.

Vitta

Chirotheca

Soccus.

Ex Hugo- no Fasfio.

Tr. Fasfio de mirac. eju.

Annuli Deiparæ.

Genebrardus. ubi magna celebritate ab Urbis Magistratu ostendi solet: alter in Burgundia in Prioratu Semimurensi apud Mandubios, teste Genebrardo libro. 4. Chronic. ad annum 870. ubi cum de eo Prioratu à Gerardo de Ruffillone Comite condito, aut dotato ageret: *Ab hoc, inquit, Gerardo, & Annulum Pronubum beatae Virginis à transmarinis partibus habent.* Tertius in Monasterio Aquicinctino forma exigua in palla ornatus, de quo vide Molanum in Martyrologio Sanctorum Belgij 16. Octobris: ejus opem sentiunt mulieres, quæ parus difficultate laborant.

Mantica. Invenio etiam Manticam Deiparæ, hoc est Perulam Vistoriam, qua fortè usa est in itinere, seu fuga in Ægyptum: lego enim apud Cluñicenses recoli festum inventionis Manticae B. Virginis, cuius officium idem est, quod Nativitatis.

Fascia sepulchrales. Fasciæ sepulchrales, quibus sacrum Dei genitricis corpus post animæ ipsius in caelum migrationem brevi tempore (nimirum usque dum corpore, & anima in caelum eum assumpta) inuolutum fuit, à Juvenali Episcopo Hierosolymitano Constantinopolim missæ sunt ad Pulcheriam Augustam; quæ, teste Nicephoro libro 15. cap. 14. in insigne Templum in Blachernis à se constructum, (de quo nos Tractatu de Templis) eas ritè intulit.

DOMUS, LECTVS, PECTEN, FVSVS,
& glomus Deiparæ.

Domus B. Virg. ⁵⁵ **D**OMUS Virginis eius ortu, & Christi Jesu conceptu maximè nobilis è Nazareth Lauretum in Piceno ab Angelis translata, miraculorum gloria, & omnium gentium peregrinatione celebratur, de qua fusè supra in hoc capite.

Leitus C. Onuphris. Ex Lecto Deiparæ extat aliquid Romæ in S. Mariae majore in marmoreo eo seculo; quod Reliquiarum dicitur, auctore Onuphris de septem Ecclesiis.

P. A. n. Pecten Virginis, nona cum eiusdem Pello, seu velo ex dono S. Helenæ Constantini matris Treuenti conservatur, auctore Iacobo Midendorpio lib. 5. Academiarum in Treviri.

Fusus. Fusus Deiparæ à Pulcheria Augusta in secundo templo Constantinopoli à se excitato, quod dictum est τὸν ἰδὸν ἄνθρωπον repositus est. Auctore Nicephoro lib. 15. qui cum græcè illum

appellat ἄρρακόν, quod propriè Fusum significat; Nicephori tamen Interpres maluit transferre penum, fortasse propter affinitatem quod Penum in fila deductum fuso agglomeretur.

Huc spectat Glomus Deiparæ, qui in Aduaticis in Brabantia oppido Huo, quod est prope Mosam sito sacris eiusdem Genitricis manibus deducto, pectilloque inclitus servari dicitur.

SEPVLCHRVM FONS IN ÆGYPTO,
Arbor, & Columna Cæsariaugusta.

SEPULCHRUM Deiparæ, si Nicephorum loco citato consulamus. Constantinopolim translatum, & in templo Deiparæ Blachernis à Pulcheria Augusta repositum est. Quod tamen Baronius tom. 1. Annal. ad annum Christi 48. mentè demiratur, cum Brocardus in descriptione terræ sanctæ part. 1. cap. 7 §. 47. in Valle Josaphat illud esse affirmet: & qui nostris temporibus Hierosolyman adiecit, in petra exitum esse testentur, atque iostat sepulchri Domini nativi lapidis cohærentia loco immobiliter inhaerere. Accedit & Beda, qui 200. propemodum annis post Pulcheriam floruit, & in libro de locis sanctis monet, sepulchrum Dei genitricis suis temporibus in dicto loco vacuum cerni. Nisi fortè dicamus partem aliquam lapidis ejus tumuli Hierosolyma Constantinopolim transmissam: nam Romæ etiam, tum in templo S. Crucis in Ierusalem, tum etiam in templo S. Laurentij extra muros, de lapide sepulchri Dei genitricis inter reliquias asseruari; testatur Onuphris loco citato.

⁵⁷ Huc etiam spectat Fons ille in Ægypto, Heliopolim inter, ac Babyloniam medio ferme loco situs: *In quo fama est,* inquit Brocardus in descriptione terræ sanctæ part. 2. cap. 4. B. *Virginem Iesum parvulum sapè lavisse panniculoque ejusdem, atque linteola tum deorsum, cum esset in Ægypto, & metu Herodis exulari.* Prope illum verò fontem lapis est, super quem Christi panniculos, & linteola, quæ laeva beata mater exiccanda extendebat: & ex eo fonte ab ipsis Saracenis irrigatur balsami hortus, ac maximè fecundatur. Ejus quidem meminit Iacobus de Vitriaco in histor. Orientali cap. 86. Iansenius verò refert habitationem illam, ubi Deipara cum Christo permansit.

permanfit decem millibus passuum à Cairo distare; celebrem verò esse Saracenis, qui lampadem ibi ardentem perpetuò conseruant, ibique pretiosas balsami arbutulas Iesu beneficio increuisse, quæ sola aqua putei, quo ad obsequia Domini Virgo mater vsu fuerat irrigata, vegetare, pullulare, ac perdurare valebant. sic Ianfenius: consule etiam Baronium tomo 1. Annalium.

Ianfenius. Baronius.

Arbor, quam transeuntem Deipara, vno nata vsu miraculis clarat.

Columna, ubi stetit Deipara.

Apud Hermopolim quoque in Thebaide arborem esse memrant PARSEN distam, quæ, ubi Dei genitrix cum Christo filio, & S. Iosepho ipso Herodem fugiens peruenit Hermopolim, ad solum vsque se flexit, & Christum Dominum adorauit. Eius arboris, siue fructus siue folium, siue quælibet corticis particula ægrotis admota morbos à compiunibus depulit ita Sozomenus lib. 5. hist. c. 20.

Neque prætereunda silentio est columna ex iaspide, super quam D. Iacobo Apostolo adhuc superstiti, Deipara Casaraugustæ in Hispania te videndam præbuit, eumque est allocuta. Ea in templo ibidem excitato religioso afferuatur, de quo nos vberius supra in hoc capite.

SEDES, AC LAPIS, VBI DEIPARA Toleti constitit, eiusdem Epistola, & oleum S. Thomæ Cantuariensis datur.

Lapis super quem stetit Deipara. Mariana.

HVC referre possumus sedem, ac lapidem illum, ex quo S. Ildesontum Deipara post suam disputationem, ac libro ab eo scripto defeciam virginitatem Toleti est allocuta, simulque vestem ei sacrificandum dedit; eorum Mariana lib. 6. de reb. Hispaniæ capit. 10. meminit his verbis: Cum Ildesontus ad aram progressus, nixus de more genitricis preces funderet, in Cathedra, unde se ad populum concionari erat solitus, aspectum B. Virginem vidit, quæ eum allocuta vestem ad celebrandum suis manibus capit inseruit; Lapis, ubi B. Virgo vestigio constitit, in ipso templo Toletano aditu monstratur elatis ferratis inclusus tanta rei monumentum, quæstus de caelo allata in Maurorum incurfione, Oneti seruatur in obserata arca ab oculis subdita mortalibus, eoque maiori religione culta, hæc ex Mariana.

Vestis quam S. Ildesontus Archiepiscopo Toletano adhauserat. Planeta.

His attexenda est tum Planeta, quam S. Bonito Aluernensi Episcopo, eadem Deipara ad celebrandum missæ sacrificium est elargi-

ta, quod nos hoc eodem capite ex Vincentio Beluacensi lib. 7. speculi histor. cap. 97. retulimus: tum etiam alia casula purpurea illa quidem, ac pulcherrima inclusa in parua, & elegantî pyxide; quam ad amoris significationem dedisse narratur S. Thomæ Cantuariensi, cum adhuc adolescens corporis sui castitatem eadem Deiparæ vouisset; res gesta narratur in Speculo exempli. dist. 9. nu. 12.

59 His adde, quas scripsit Deipara dicitur epistolas; vnam quidem icupfir ad S. Ignatium, quam licet Baronius tom. 1. ad annum Christi 48. minimè recipiat: eam tamen agnoscit S. Bernardus sermone 7. in psal. 90. Carthusianus in commentarijs super Dionysium Areopagitam de diuinis nominibus, Sixtus Senensis in Biblioth. Sancti. lib. 2. in Maria, qui citat Marcum Michaellem Presbyterum Cortonensem lib. de vitis illustre & Canisius lib. 5. de B. Virgine cap. 1. Franciscus Arias de imitat. virg. cap. 20. & alij apud Canisium, qui etiam testatur Florentinos, & Melianentes gloriari se à Deipara Epistolas accepisse: & Epistolam quidem ad Florentinos refert totidem verbis, quæ sic habet: Florentia Deo, & Domino Iesu Christo filio meo, & mihi dilectæ, tene fidem, iusta orationibus, roborare patientia, his enim sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam conseruatis hæc apud Canisium.

quam S. Bonito Aluernensi Episcopo dedit.

Beluacensi.

Casula purpurea quam S. Thomæ Cantuariensi eadem Deipara est elargita. Spec. Excep. flor.

Epistola ad Deipara scripta. Baronius Bernard. Charithusianus Biblioth. Sanctior.

Marcus Mich Cortonenfis.

Huc reuocari potest oleum, quod teste Thoma Valsingham in historia Anglicana, & in Ypodigmate Neultrix ad annum 1359. S. Thomæ Cantuariensi dum esset in exilio conseruandum Deipara dedit, e quæ prædixit, Reges Angelios, qui hoc vnguento vngentur, pugnes Ecclesiæ futuros, quod vnguentum in Aquila aurea, & olla lapidea conseruatum diu latuit, nimirum vsque ad annum 21. Richardi. II. Regis prædecessoris Henrici IV. qui eo inunctus est ab Archiepiscopo Cantuariensi.

Francisco Arias. Floridus Messanensis Epistola Deipara gloriatur. Oleum quod B. Virg. So Thomas Cantuariensi aseruanu de ducitur. Thomas Valsingham.

CHRISTI PRÆSEPIVM. Fascia, Cuhabula, Velum, ac Vestis inconiuncta.

His attexere possumus & ea, quæ Deipara ad Christi obsequium suis manibus, vel tractauit, vel coofecit: huiusmodi est actatissimum Præsepium, in quo ipsa puerperatum natum reclinauit, quod Romæ sub altare

præsepium Christi Domini.

Ecc 3

Onuphr. presepii in nobilissimo Sacello à Sixto V. extructo apud S. Mariam Maiorem est reconditum: de quo Onuphrius libro de septem Ecclesijs.

Cunabula ac fascia. Huiusmodi est cunabulum, & aliquid ex Fascijs, ac pannis infantis Saluatoris, quæ omnia ritè conseruantur in eodem templo S. Mariæ Maioris in ferulo marmoreo reliquiarum, auctore Onuphrio loco citato.

Nicephor. Fasciæ verò Saluatoris ex Nicephoro locis citatis ab Eudocia Augusta ex Ierosolyma Constantinopolim transmissæ ad pulcherrimam Augustam, ab ea in templo magnificentissimo cum Deiparæ Zona collocatæ sunt.

In Ecclesia quoque Lateranensi habetur de **CYNABVLIS** Domini, vt videre est apud Ioannem Diaconum cap. 4. libri, quem de Basilica Lateranensi conscripsit ante 450. circiter annos. Idem legimus in tabula reliquiarum huius templi, quæ in abside est posita, auctore

Onuphrio de septem Ecclesijs.

Romæ etiam in templo Lateranensi, auctore Onuphrio loco citato, inter alias reliquias, quæ in ferulo marmoreo super altare S. Mariæ Magdalene asservantur, recentioribus & Christi Domini indusium. his verbis: *in*

Indusium *in* *linna* Domini nostri Iesu Christi, quam et B. Virgo fecit, in capsula argentea: sic ille, qui aibi in eodem libro sit vocari in quadam tabula reliquiarum, purpura Camisiam Saluatoris.

Filius Christi in cruce pendens. 61. Ad hæc Velum, quo prætextum fuit Christi Saluatoris corpus in cruce pendens, Sancti meditantur fuisse Deiparæ, ab eaque Christo ante crucifixionem aptatum: nam S.

Anselmus Anselmus in Dialogo de Passione Domini inducit Deiparam sic loquentem: *Cum venissem ad locum Caluarie nudauerunt Iesum unicum filium meum totaliter vestibus suis: ego tamen velamen capiti meo circumdavi lumbus meus.* Et S. Bonaventura in meditationibus vite Christi cap. 78. Mater, inquit, *conspicit filium suum totaliter nudum, & tristatur. nam quæ nec femoralia dimiserunt. accelerat ergo, & appropinquat filio, & complexatur. & cingit eum cap. 15. sui velo.* sic ille. Hoc porro Velum Romæ in S. Ioanne Lateranensi reuerenter asservatur in ferulo marmoreo super altare S. Mariæ Magdalene, auctore Onuphrio loco citato: cum enim plures reliquias commemoret, ibi

Onuphr. Velum esse, quo velatum est corpus Saluatoris in cruce pendens; & alibi istud vocat

velum femoralium Christi Crucifixi.

Tunica quoque Christi in conuulsi defu- per contexta per rotula, quæ Ecclesiam significat, quam Dominus à militibus diuidentiquam est passus, ex Gregorio Turonensi de gloria martirum cap. 8. suis quidem temporibus in Galatia erat reposita: nunc vetò quamuis Middendorpius afferat Treueri ex dono S. Helenæ repositam, tamen ex Onuphrio lib. de septem Ecclesijs. Romæ in templo S. Ioannis Lateranensis continetur in ferulo marmoreo super altare S. Mariæ Magdalene, quam Ioannes Diaconus antiquissimus in libro de Basilica Lateranensi loco citato cum reliquis huius Basilicæ commemorat ponit his verbis: *Tunica inconsutilis, quam fecit sancta Maria Virgo filio suo Iesu Christo. Sand hanc tunicam (inquit Baronius tom. 1. Annaliū ad annum Christi 34.) conuictam fuisse à B. Virgine par est credere, nam in oriente nominum veites à læminis confici solitas testatur Zerobabel 3. Ezech. 4. um de muliere 3. Ezech. 4. fortitudine dixerit. Ipe, inquit, *faciam stolas omnium hominum, & Proverb. 31. de muliere illa forte dicitur. Confiat in ea cor viri sui. & stolis non indigebit; & mox: Omnes domus eius vestiti sunt auplicibus.* hæc ex Baronio. Atque hæc de reliquijs Deiparæ, quas piè veneratur Ecclesia.*

VIRGINEM DEIPARAM humani generis esse Aduocatam, Sanctorumque omnium in terris degentium preces peculia ri ratione apud filium promouere.

CAP. XXX.

SUMMARIVM.

Deipara est mater nostra ad intercedendum.

Deipara patrocinium apud Christum esse efficacissimum.



NONVM quod in Apocalypsi de Throno Dei commemoratur, est illud quod S. Ioannes cap. 8. cum aperitum esse: signum septimum, narrat his verbis: *Et ait, inquit, Angelus venit, & stetit à dextera*